causis et efficax et inutilis repi
tur doctrine diffusio spiritalis Aut
em ille qui docet in expta comen
dans vano xboz sono instruem
tis auditore ut vicius refectus

auditor obdurato corde doctrina nō
recipit spiritale Sic scriptū est Ex-
cecatū est cor ppli hui9 et auribȝ
grauiter audierūt et oculos suos
ne videant cōcluserūt Lege libꝫ
bti dyonisii et inuenies sꝫ debant
in nudis sapie secretus distribui
Sicut et verba scripture sacre multi
plr exponenda Sic em sup dcm
est Scia diuina practica diuidit
et theorica theorica i hystorica
misticam et intelligit spiritale Sic
scriptū est Omnes amici eius vesti
ti sunt duplicibꝫ Spualis aut in
telligētie tria sunt gnā
Allegoria — Vnde in pn̄ Super
Tropologia z — latitudinē cordis et
Anagogia — plr le. esse descripta
Hystoria ptitatē ac visibiliu rerū
cōplectit̄ agnitōz Allegoria sub
eis que in vitate gesta sunt alti9
patri pretendit rōm Tropologia
moralis ē que ad emendatōz uite
et instructōz actualez cōgruit Ana
gogia vo de spualibꝫ misteriis ad
sublimia quedam et secretiora quedā
occulta cōstendit Ita vna et eadē
rem pt intelligi quadrifarie Et
Ciuitas videaz scdm historiam Scdm
Ecclia xi scdm allegoriam — Sicut
Anima hoīs scdm tropologiam — qua
Ciuitas i celestis scdm anagogiam dru
plice sensu et eius spēs varie sunt
intelligētie scripturarum et expones
Ps igit̄ de hiis q ptinet ad disci
pline inchoatōm et de hiis q per
tinet ad pfctm ipius et pgressiōz
Hic vltio sc̄a d' scia qn̄tū ad statū
pfcōis hoc ē put ipa cōpetit re
gularibꝫ z viris pfctis d agi d' m
i gnali etc q cōsistit q sunt lectio meditatio

Habito de doctrina quantū ad sta
tū inchoatoꝝ et progressi
onis Hic vltio sc̄a de ea quantū
ad statū pfcōnis hoc ē put ipa
cōpetit reglaribꝫ et viris pfctis
ad cuius adeptōz iiii or sunt nccā scꝫ
Lectio — Hiis em iiii or modis ale
Meditatio — spūales docentur adeo H
Oratio — est doctrina claustraliū
Cōtēplatio — qua dicta in celū leua
tur et eorum secreta rimant̄ Est ei
lectio sedula scripturarum cū ai inten
cione inspectio Meditatio vo studi
osa mentis actio occulte vitatis
notitia investigans ductu pprie rōis
Oro ē deuota cordis i dm intentio
p malis remouendis ut p bonis
adipiscendis Contemplatio est me
tis in deū suspense queda sup se
leuato lucis eterne gaudia degustans In
Lectio inquirit — Vnde lectio ē
Meditatio inuenit — i cortice Medi
Oro postulat — tatio i adipe Oro
Contemplatio — i desiderio postu
Lectio ei q's solidū cibū appo- — latōe
Meditatio masticat et frangit — Cōte
Oro saporē acquirit — platio i ad
Cōteplatio ē ipa dulcedo — epte dul
q iocundat et reficit — cedinis
delectatōne Hii aut gradus sibi
inuicem coherent et sepius indiget
lectio em q's fundamentū primo oc
currit et data materia mittit nos ad
meditatōz Meditatio apprehendit
q diligentius inquirit et q's effodi
ens ondit scdm q pse obtinere nō
valeat mittit nos ad orōm Oro se
totis viribꝫ ad deū erigens recipit
thezaurū desiderabilem cōtempla
cōnis suauitate hec aut adueni
ens precedentiū rerū laborē remune
rat dū celestis rore dulcedinis atq
scientiam inebriat
Lectio em ē scdm exterius exercitiū
Meditatio scdm interiorē intellectū
Oro scdm desideriū
Cōteplatio sup omnē sensū — prece
dentes aut gradus sine sequentibus
aut parū aut nichil prosunt Se
quentes sine precedentibꝫ aut raro aut
nichil aut nunq haberi possunt Quid
em prodest lectōne cōtinua tpus
occupare scorum gesta et scripta tras
currere nisi masticando et rumi
nando succū eliciamus et transgluti
endo usqꝫ ad cordis intima tras
mittamus et quorum facta legimus
eorum opa imitemur Et quo ista co
gitabimus aut caue potimus ne
sta ut inania meditando limites
assignatos patribꝫ transcendamus nisi
prius ita hec ut ex lectōne ut ex au
ditu instructi fuimus Item quid prodest

per meditationem uidet que sit agenda
nisi assit oratio et dei gratia ad ea ob
tinenda ergo ut sit fructuosa me
ditatio sequatur orationis deuotio
cuius effectus est contemplationis dulce
do. Vnde ergo quod
Lectio sine meditatione arida
Meditatio sine lectione erronea
Oratio sine meditatione tepida
Meditatio sine oratione infructuosa
Item quo uir spiritualis in primo gradu
excitatus In secundo circumspectus
In tertio deuotus In quarto supra se
eleuatur per ascensiones quas in cor
de suo disposuit usque ad uidendum
deum deorum in syon ascendit et in
monte dei gloriam contemplatur cum pe
tro et Johanne et castis amplexi
bus fruitur rachele Sed quia men
tis acies inualida ueri luminis illu
strationem nequit diutius sustinere
ad aliquem trium graduum per quos asce
derat descendat paulatim et or
dinate et alternatim modo in uno mo
in alio secundum motum liberi arbitrii
pro ratione loci et temporis demoretur
tanto ciuitati conspiciende uici
nior quanto a primo gradu remotior
inuenitur Sed ab hiis iiiior gradi
bus miserie plerumque nos retrahunt scilicet
Inuitabilis necessitas De quibus
honeste actionis utilitas nunc dominum de
humana infirmitas singula sed
mundi uanitas orando ut hec
impedimenta que nos a uero retra
hunt cognoscendo deus mitiget
in presenti et a nobis auferat penitus
in futuro De quatuor igitur premissis gradibus
pauca breuiter tenemus hic agitur
in speciali de primo ex predictis iiiior
scilicet quo deus docet animas spirituales
Docet gradus dominus excitatio lectionis
animas spirituales excitatio lectionis
et hoc iiiior modis scilicet cum est
In intentione legentis utilitas
In affectione pietas Primum patet
In legendo assiduitas qui enim
In legendi modo taciturnitas ad spiritua
lem lectionem erudiendus accedit fruc
tu eius agnoscat Et sit magis uti
litas cui tribuit fructus aut dime
lectio est sua informare mentem et

adipisci scientie non delectetur in uerborum
superficie ut in colore et dictamine
sed in ueritate pulcritudine et pro uoce
rotundum emulatione non rapiat inani
desiderio ut circa scripturarum late
bras occupet sed ut magis animus e
dificetur Christiano enim philosopho lectio debet
esse magis exhortatio quam occu
patio non debet animum frangere sed deside
ria sua pascere Vnde Augustinus in libro de
spiritu et littera primo fatigatione utili et
salubri interioris hominis magis exer
ceat membra quam frangat Vnde
in multis qui scripturas inmoderate
legebant et ideo nimis inpor
tunis occupacionibus exercitati tam
abutilibus quam etiam antiquis
cessabant dum latebrosa penetrare
non potuerunt uisum est sepe quod fructus
uiribus exuerit nescientes quod lectio
ad edificationem non debet esse fastidio
sed oblectamento Vnde propheta secundum
aliam translationem ubi nos habemus litte
turam dicit Quoniam non cognoui ne
gotiationem introibo in potentias domini
domine memorabor iustitie tue solius
deus docuisti me a iuuentute mea
Negotiam enim qui scripturas legit
ad afflictionem quas legere debuerat
ad utilitatem Vnde et affligitur
in eis earum qualitate propter obscurita
tem et earum quantitate propter earum pro
lixitatem Infinitus est enim librorum
multitudo Sequi autem infinita et legere
nullus est finis nulla pax nullus
Sed cum lectorem ad utilitatem tuam con
uerteris quasi in quodam mentis sabba
to requiescis Hoc autem facies ex
emplo scilicet et doctrina Exemplo si facta
sanctorum legeris doctrina si eorum dicta
que ad salutem pertinent in corde tuo
posueris sicut scriptum est In corde
meo abscondi eloquia tua ut non
peccem tibi Sed tamen per Augustinum in ser
mone de natali domini et defectu solis
Sequuntur inquit astrologi syderum
fulgore adorent christiani syderum con
ditorem predicent illi solis defectionem
nos christi passionem Et inferius Rena
tos facilius inuenit syderum con
ditorem humilis pietas quam syderum
ordinem superba curiositas Sicut

em aliu additu igni facit ipm fer
uere et post feruore lucere sic
facit lcio ad hibita cordi pio ex
citat feruorez et post modu fer
uor serenator et postmodu fer
uor serenat in luce Vnde Aug9
in omel pma sup Canon Johis
Qui hz in se vnde audiat nate
est ut gaudeat ad qd audit Sic
em erit lcio ista tanq oleu infla
ma si e ibi qd nutriat nutrit
et crescit et pmanet Ite quibusq
sic esse debet tanq flama ad
fomitem ut si no ardebat attende
te smone attendat In quibusq
em nutrit qd est in quibusq acte
dit quod de est ut omes in vna
caritate gaudeam9 Isti go sunt
paruuli quos dicebat ihs dices
Sinite paruulos venire ad me
qr xo paruuli sut qui i humilita
te et pietate scripturas legut con
vaniloquos et supbos de quib;
1 ad Tymo mo Quida errates
conuesi sunt in vaniloquiu uole
tes esse legisdoctores no intelli
gentes neqz que loquir neqz de
quib; affirmat Inde e qd multi le
gut sic duo pit silua tisseut alt
laborat eundo pdeuia alt pre
dit p recte vie compendia ambo
pari motu pcedut sed no eque per
ueniut quia prectaz via no pgunt
Sic qui scripturas legit sine pieta
te latebrosos anfractus viciora
circuiens ambulat et laborat sine
recto tramite Semp inqt aplus
discentes et nuqz ad sciaz veritat
puenientes hoc est semp legetes
et no intelligentes sed qui doct
na que secundu pietate est Vt
dicit Aplus pie legut timore qui
initiu sapie est concupiunt quo
subtilitat mentib; eos sensu q
scripture condite sunt et intelli
gunt et exponut Vnde Greg
nazazen9 smone mo qui intitu
latur de sedib ephyphanis Si aia
timoris dei pa elemeta suscipi
at et phuc purgatoz et ut ita
dixerim subtilior fiat tunc potit
ad supiora tnscende Vbi em ti

mor di e ibi et obsuato madatoz
ibi et purgacio carnis que se ue
lut crassior queda et obscurior
nubes obiciens aie consyderare
ea diuini splendoris radios no sinit
Vbi aut caris fuit purgatio ibi
continuo erit et illuiacio iam de
siderii nota complen et pi9 p
mos aditus quos apuit dei tior
in ipam iam sapie aula atqz ad
intiora ei9 atra puenit Est
igr pietas clauis et via put
dicit Aug9 in lio mo de li ar Sic
tm assit fides nichil de suba cre
atori falsum indignu que sencien
do ad illu em tendim9 itine pie
tat Et in lio de lapsu mudi ondi
Ista uia esse tuta veniendi ad
sapiam sic A timore inquit asten
dut ad pietate ut no resistant
voluntati di sine in smonib; ei9
ubi no capiut sensum ei9 sine in
ordine ipo et gubnatone crea
ture cu plerasqz alr accidut q
puata homis voluntas ex posuit
Ab ista quippe pietate incibur
stic gradu Tercium pz p ysidoz
in lio de summo bono Nemo pt sen
su scripture cognosce nisi legendi
familiaritate Sicut scriptu est
Ama illa et exaltabit te glori
ficabis ab ea cu ea fuis ample
xatus Quto quisqz mag in sa
cris eloquiis assiduus fueris
tanto ex eis vberiore intellige
cia capit Sicut terra q quto
amp excolir tanto uberius fruc
tificat Vn pt Greg in mo mor
Qd p legendi assiduitate deue
nim9 in scripture familiaritate et
p qns in ei9 intimaz cognicom
sic dices Sic ignotoz hoim fa
cies cernim9 et corda nescim9 sed
si familiari eis locucoe gungimr
usu colloquii eoz etia cogitatos
indagam9 Ita tu in sacro eloqo
sola historia aspici nichil aliud
qz facies vide Sed si huic assi
duo vsu gungim ei9 nimirz me
te qsi ex collocucoz familialitate
penetram9 Qu em alia ex aliis
colligim9 facile in ei9 verbis agnosci9

aliud esse qd intimat aliud qd
sonat Tanto aut quisqz notitie
illius exneq reddi quto in sola ei9
supficie ligat Eccli tes 1° Dedi cor
meu ut scirem prudentiaz atqz doc
trina Cor suu dare e in assiduita
te legendi rpm exponere Sen
No multu refert utrz omittas
phiam an intermittas no em int
rupta e manet sz coza more q°
intenta desiluit vsqz adimitia
sua recurrit qd actinuatoe dis
cessit Resistendu est occupatoib
nec explicande sed submouende
sut Tpus quide nllm paz e ydo
neu studio salutari nec e contra
riu ei qd sup dcm est possum9
em assidue legere sine intrup
tone p tpis intrupcoz et tn hec
in legendo moderatoz Vn tu pz
p uerbu Aug9 in lio vi° cofess ubi
ait de uita sti Amb° aut g° Qd
p exiguu tpus erat aut corpus
reficiebat necessariis sustentaculis a
lacre aim Sz cu legebat oculi
ducebant p paginas a cor intu
rimaba uox aut et lingua qesc
cebat Sepe cu adessem9 no em
uetaba quisqz ingredi aut ei ve
nientes nunciari mox erat Job xxx
iii° Audi me et tace et doce te
sapiaz Sz sicut dicit Sen ubi sup
s lxxiii Epla Nunqz vero succe
dent occupacones noue serimus
illas Ex vna plures exeunt dem
ipi nob dilatoem damus Cu hoc p
egero toto animo incubaz Et si hac
rem molestam cposuero studio
me dabo no tn uacauerit philo
zophandu est om alia neglige
da ut huic assideamus cui nllm
tpus satis magnu e Etia si a
puicia usqz ad longissimos huai
eui terminos vita producitur n°
intelligo tn de tali intate occio
ri quntu intiori Vn Sen hom
epla p eam si est tam necessm qz
videtur silentiu in studia se po
sito vndiqz me varius clamor
circusonat sup balneu habito.
Ergo no magis istu curo qz fluctu
aut cuitu aque quauis audiaz
cuida genti hanc vnam fuisse cau
sam transferendi urbe sua qz fragos
re nili cadent ferre no potuit
Sz quid prodest totius regionis
silenciu si affectus fremuit anim9
obstrepit hic placandus e nullus
hoim animqz cotenti9 intrupit
cogitacones bonas solidas et certas
laue illud ingeniu est nec se se ad
huc reduxit introrsus qd ad uo
ce ex accidenti exigit habet int
aliquid sollicitudinis aliqd corrup
ti pauoris qd illu curiosu facit vt
Vergilius ait Et me que dudu no
nulla iniecta mouebant Tela
neqz aduso glomati ex agmine grai
Nuc oms terrent aure sonus
excitat omis Suspensuz et pa
riter comitiqz & oneriqz timente
Vn concludit id Sen Tunc te sci
to esse compositu cu adte clamor
nullus ptinebit cu te nulla vox
tibi excuciet no si blandiet no
si minabitur no si mani sono vana
circustrepit De scdo quo de 9 dns
docet dicas spirituales i exercitio
meditatonis.

Docet etia dns dicas spuales
in exercitio meditatonis ip
sa est em que ocurre
mentem abstrahit … tem exci
abstracta i vno defigit pit pm
desursu i cotemplatoz adducit … p
et tand diuina revelatoz Aug in
in lio de quantite aie dicetez Qd
aia quto magis declinat in cor
pis sensus tanto pecori similior
efficit et brutalior Et ido cu p
meditatoz abstrahat i corpe no
bilior efficit et subtilior Ps qd
in ps° Os iusti meditabitur sapiaz
Vacare em sensib et sensibilib
impedit meditatoz sicut et acto
cotemplacom Vn Greg Naza
zeng in apologo ait Nichil re
uera michi ad vera vita psta
tius videbat qua velud clausis
carnalib et extra carne mudu
qz efficitm animalum pteritis si
bi soli loqui Adeo ut alioz curis
visibilibus factus mete sua reple
at diuinis sensib et celestib sar'

absq3 ulla admixtione trrena de
re speculu i mactatu effectus ymma
ginis dei ex ipuis lumi sup lun' aci
piens ausplia quedā ut mutia
futuror in semetipo scto ferens at
q3 in tris ad huc positus cosperto
quodamō pfruens anglorz despecta
atq3 delusa fragilitate trrena ad
supna et celestia spus sti subue
xione tusferri Qd figurauit
illa doctina xpi de qua Mt xxi
bat ihus foras extra ciuitate ibi
q3 mansit et docebat eos extra
ciuitate Abit qin p meditaōz
a carne et sensibz q sunt porte ci
uitatis se abstrahit Dic em pro
bat greg' vise9 in lio de ymag
Sensibilia p sensus corporeos in
grediur aiāz sicut exteriora per
portas ingrediunt ciuites Sedz
pz di p diffinitoz meditaōis q tlis
e ut dr in pncipio libri de archa
mistica Meditaco est studiosa me
tis intencio circa aliquid investi
gandu diliget insistens vel sic
Meditaco est puid9 ment obtu
tus i vitatis inquisitōe veheme
ter occupatus Et qnto vehemencig
vnu intuens ad illud aspirat
tanto citius appmqt vn phoc
differt Meditaco a cogitacone
qd cogitaco vago incessu semper
huc illucq3 ducit Meditaco vo
destinata promotione semp ind
riora tendit Cogitaco em est in
puidus aīmi respectu ad euagaōz
pronus vn in libro Richardi de
extimacone mali Meditacionis
e pscrutari oculta Conteplacois
e admirari pspicua Est em me
ditaco oculte vitatis studiosa in
vestigaco Contemplaco vo pspi
cue vitatis iocunda admiraco
hec e doctina libera De qua vn
hester Impitos docete libere tr
tales ab statuti sut a colli sensuu
suitute Inde e qd Exo xxviii°
doctinaz et veritate hebat ponti
fex i rōnali iudicij gestans ipm
in pectore quia p meditaōz de
figit aīmo in cognoscenda vita
te Tertiu pz p illud qd dicit

Richardus in fine libri de prior
tris Meditaco in gtemplacoz
cosurgit tons inquit Joseph sup
tollitu beniamyn cuius quotiens
meditaco in gtemplacoz desinit
Tuc beniamyn frēz suu sup se ru
ente excipit tnc ex studio medi
tacois aīmus in gtemplacoz sur
git Tuc beniamyn et Joseph
oscula iungit tnc diuina reue
laco et huana raciocinaco in v'a
vitatis attestacone gcenuit Et
qd hic sta spualia heat p me
ditacom admixta gtemplacom
Dicit in lio de extimacone mali
per meditacoz inquit agit ut
quicqz vtil' fieri debeat no ig
noretur sed et gtemplaco id effi
cere solet ut ad inventa vitas
memorie tenacius inheat et
desideriu acrius iflamet p me
ditacoz ad bonu instruit p gte
placoz in bono solidatur Sic em
qnq3 tnsit cogitaco i meditacoz
sic qnq3 meditaco i gteplacionez
Sic proba in pno libri de archa
mistica Sit em sepe ut in cogita
tonu mira euagacone tale qd
occurit qd mens scire vehement
appetit Cuius inquisitionem du in
pendimus studiu cogitando cogi
tacionis extendimus modu Et cum
mens in vnu se cogit ia cogita
co in meditacoz tnsit Similit
du vitate diu quesitaz et iueta
tu auidius suscipimus et miram
tu exultacoe meditacoz medita
do excedimus et tnsit in gteplacoz
quia gteplacois est ipsi iocundi
tatis sue spectaculo cu admira
cone inhere Et sic sapiens deus
Imittit in actu meditacois Quia
pu xiii Filius sapiens doctina pa
tris Tertiu pz p exemplu eiusdē
Richardi in fine libri de archa
mistica Si vas aque solis ra
dio supponas videbis aqua sple
dore luis supius ex se refunde
sine calore Sic multi diuine re
uelacionis radios suscipiunt sed
no inde idilccone pficiunt Aqua
q ad inferiora labit huana cogi

tacio ẽ que magno tonis moderami-
ne cohibetur Aqua in vase col-
lecta cogitacio meditacioni intenta
et intencioni defixa · aqua collectio
cordis meditacio Aque igit solis
radius se diffundit atq3 infundit
qn diuina reuelacio meditacioni oc-
currit Aqua eñ ante radiũ ipse
supni luis accipit et supius ful-
gorem emittit et illuc leuat radi-
um luis pcedente ex se supni lu-
mis quo ipa nõ pt ascendere pse
tam et si aqua det a radio cp̃
de se emittit sua ei similitudiez imp-
mit vt si tremula sit aqua ra-
dius tremulus erit si quieta q̃-
etus · si pura purus Sic in pposito
tũ reuelacio etiã luis cor huanũ
illuiat intellcus sup semetipaz yo
supra humani modũ leuat et
illuc intelligencie radius diui
luminis infusione et admiracionis
reuerberacione de hymis ad si-
ma replit Vbi nulla ingeñ pspi-
cacia nulla artis industria ascen-
de sufficit Et quanto mente hois
diuine caritatis splendor profundius
penetrat eo alcius stuporis sui ma-
gnitudine excussa et pextasim
subleuata in diuina archana sub-
limius resultat Et quanto pfectius
aĩus cpom ad intimaz pacẽ et
tranquillitate tanto firmius et tena-
cius inhereret in hac subleuacõe
sume luci p contemplacioz Et quanto
purior ad integritate et diffusior
ad caritate tanto capacior inuenit
ad sapiam et veritate · quia iam
in eam venit ille spus veritatis
qui docet omẽz vitate Johis
xvi et xiiii eiusdẽ paclitus aut
spus scus qui mittet pr in noie
mo ille vos docebit omẽz vita
tem et suggeret uob oia quecuq3
dixi vob · dns spuales i exercitio o.

Hic agit de tcio quo dñs docz aĩas
spũales in exercitio oronis

Docet etiã dñs aĩas spũa-
les in exercitio oronis Na
p orõm Eleuat in deũ intellectus
et affectus Supplet huiac tonis
defectus Intimat ille diuine luc...

radius Colligit interioris hois status
De pmo pz p diffinicões oronis que
vna ẽ scdm damascenũ Ascensus
intellectus ad deũ Alia scdm Augustinũ
in smone de orone et ieiunio Oro
ẽ pius affectus mentis in deũ directus
ß siue fiat intellectus siue affectus in
deũ eleuacio semp in orone spua-
lis hz cognicio Vn Bnh in quad3
epl̃a · Oro est hominis deo adherentis
affectio et familiaris quedaz et pia
allocucio et illuiate mentis ad
fruendu deo qua diu licet stacio
ibi eni addiscit · quia ut dt ysi-
dorus de summo bono z · liº caº viii
Qui volt cũ deo sp esse frequenter
dz orare et frequenter lege Nam
cũ oramus ipi cũ do loquimur cu
vo legimus deus nobiscu lo Vnde
et apli qui a xpo volebat discẽ di
cebant dño luc xi · Dñe doce nos
orare Et i aciui Ascendant ad
orom sursu i tenaciter quia p oroz
et mentis eleuacioz Sicut dicit
Aug9 in smone de ieiunio et oroe
rerz inuisibilium obtinebimus ĩtuitus
Vbi tam oro exercetur si deuocõe
pcedat intellectus et sequit ut mullus
affectus Vbi vo exercet cu deuocõe
sicut supeminet caritas scie scdz
aplm iiiº ad ephesios et ordo se-
raphin ordini cherubin Secdm
dyo in penetrat intellectus ß magis
ascendit affectus quia tu intellectus
se dirigat in intellicia ut ad intel-
ligendum affectus se porrigit vlti-
us et extendit ad diligendu Et
puto q foris stet intellectus ubi intrat
affectus et hoc dixim de uiatoribus
ceterz de cophensoribus qui sut in
termino caritatis qui tm diligunt
quantu cognoscut Et econuso puto
q equalit eleuent intellectus z affectus
eorum in deũ nõ sic in nob in quibus
sol intelligencie velud eclipsim ut
occasũ incurrit Na sic influens sol
maiore effectum imprimit i illud
qd directe respicit Sic puto qd
diuina bonitas affectum iuxta cuius
obiectu est magis attrahit et
allicit ppm et est amatiue põe
se semp in anteriora porrigere vn

affectus eximio amore fertur
in exthasim et rapit sup se Vn-
quanto ferventior et devotior erit
oro tanto purior et dulcior erit
cognicio Unde fatuus e et insipiens
qui sine orone devota ymo sine
magisterio spus sti misterior archa
na rimari Unde solucionem sompni
regis no potuerunt aperire sapientes
caldei Quis enim profunditatem
misterior et diviniarum scripturarum pene
trare de sua subtilitate confidat
cum .1. ad Cor xiiii aplus dicat Fra
tres si venero ad vos linguis
loquens quid prodero nisi loquar
vobis aut in revelacione aut in sciencia
aut in pphia aut in doctrina hoc inquit
primum intelligentes quia pphia
scripture ppria interpretacione non fit
quia nunquam habet ea interpretacio ut co
gnicio sine eius magisterio qui eas
inspiravit De scdo pz quod eorum no
ticia sine merito devote oronis acqui
rimus quam nulla nra sagacitate nec
nro studio penetrare valemus Dan
.v°. Daniel cui nome balthasar pu
tas ne potes michi indicare sompnium
quod vidi Et sequitur quod sapientes no
potuerunt regi indicare quod daniel
revelavit Baltasar capillus capitis
dr in capite sublimitas in capillo
subtilitas intelligitur quia devota oro
ad rerum sublimium subtilitatem pe
netrandam acuit Penetrant ergo de
votorum quod dr capillus capitis attingi
quod attingi non potest sensibus humanis
quod regi non potuerunt indicare visi
one sua omnes sapientes babilonis
quia mens cum id quod sup intellige
ciam suam e inquirit et inquirendo per
sistit persistendo deficit et deficie
do diffidit Set mens cum de dei ad
iutorio confidit confisa devocioni
insistit insistens ad orcionem se convertit
orando petit petendo accipit Vn
solus daniel vir desideriorum cui
nomen balthasar · solus regi indi
cat visione eius sapientes babilo
nis non potuerunt edicere visionem
ut solucionem Ideo Ier. xi Dicebat
ihs di Domus mea domus oronis vo
cabitur Tercio pz sicut experti re

cognoscunt qui divinis revelacionibus
letificari meruerunt sub tempore orandi
marie solent illuminari et exta illu
minacione misterior occulta penetrare
quia ex nimia compunctione mens mu
datur levatur locatur munda et quanto se
remocior tanto magis a luce pene
trat Vn num xxii dicit Balaam
de semetipso dicit Auditor sermo
num visionum dei qui visionem omnipo
tentis intuitus e qui cadit et sic
aperiuntur oculi eius quia lumen re
velacionis cito sepe accipit qui se
in orone prosternit Vn qui orat
frequenter se usque ad pavimentum osculan
lando inclinat et hoc inturvacio
humiliacionem pportaris designat in mi
sterio certum aut et compertum habemus
quod dum ex consideracione nra indig
tatis humiliamur exterius ad sublimi
ora intelligenda illuminamur intus Vn
in ps Exitus matutini et vespe
delectabis Exitus matutini sunt
ad veri solis irradiacionem humane
mentis excessus Mane solemus ab
interioribus ad exteriora exire Ves
pe aut ab exterioribus ad interiora re
dire Valde aut iocundum e et
quando sub estivo tempore deambulare ad
matutinam lucem radiantis divini
tatis et lecti torpore dimisso corru
pe in libertati aurras in campum
diversorum spectaculorum extra angusti
as humane cordis Vero cum ad nos defi
ciente radio qui prius intimicabat
recitim contristant nos et humili
ant reditus vespertini Hic scriptu
ra e Ad me ipsum anima mea conturbata est
Et cum anima devota dum se considerat
et considerans infirma sua retractat
et retractando humiliat · dum sic hu
miliatur sepe illuminatur · et intus do
cetur Mr. vi° Vidit ihus turbam mul
tam et misertus est sup ea et cepit
eos docere multa quia turba fan
tasmatum et pecatorum occurrit inde
turbatur Set quia docetur a ihu in
de illuminatur ut non sit illuminacio pe
nitus sine obscuritate turbacionis
nec turbacio sine claritate illumina
cionis et hoc est quod dicimus ac
tu radii intimantis De quo quere

nazareus de primis epiphanius sic
ait Effugit prius quam teneri queat
et prius quam apprehendi possit elabitur tamen
se cordi offerens et hoc si purum sit
quantum humanos oculos caritatis
corruscus perstringens et alto penetr
euntis illuminat Pro certo ut ego
arbitror per hoc quod omnia quantulacumque
excaus lumine perspicit potest ad in
tuendum invitat et provocat Quod
enim penitus sentiri non potest nec
appetendi aut inquirendi tribu
it spem quod aut ut experte sentiri potest
ad miratum est et quod in admira
tione est desiderari copiosius potest
Cum aut desiderata desiderantes pu
purificat similes deo facit · cum vero
eos similes sibi fecit tunc eos ve
lud proprios iam et domesticos fa
cit Etiam in colloquiis et sermone
participes de quo dicit Rycardus
super daniele libro nono Colligamus quomodo
sepe totum interioris hominis statum
devotio deprehendat et tam pu
rum describat quam futurum provi
deat Unde secundo dan dicebat da
niel regi Arbore quam vidisti sub
lime tu es in quo gratia describitur
divinitus accepta deinde describi
eius culpa et postremo ruina
quia vera devotio completi
et amore gratie et fetore culpe
et timore ruine ymmo cum ad oratio
conventum et cum lacrimarum devotione
pergamus et purgati illuminamur frequenter
quod iniustum esse intelligimus
quod prius rectum esse putabamus
et quod violenti animi impetus
fieri an suggessit illuminata ratio
fieri non permittit Et quid dico
de statu interioris hominis cum anima
sublimata per devota orationem usque
ad gratiam atque tanta in illo sta
tu videat quanta sermo vocalis
non explicat Unde Cassianus in libro
de collacionibus primum Oratio dirita
et si videatur omnem plenitudinem
continere ut pote divinitus auctore suf
fulta provehit tamen domesticos
suos ad illum precelsiorem statum ad
illa ignea et per paucos cognita
et experta ut superius diximus
inneffabilem orationem gradu eminen
tiori producit quam omnem transcendens
humanum sensum non voce non dicta sermo
vocis nec lingue motu nec
verborum ulla pronunciatione distin
guit Sed quia mens infusione
illius celestis luminis illustrata
non humanis atque angustis designat
eloquiis · sed conglobatis sensibus
velud de fonte quodam copiosissimo
effundit ubertim atque ineffa
biliter eructat ad dominum tanta pro
mens in ictu brevissimo temporis puto
quanta nec loqui facile · nec per
currere mens in semetipsa prevaleat
quem statum dominus prefiguravit cum
factus in agonia prolixius oravit
guttas sanguinis emittendo
hec est doctrina de qua prius · xv
Liber sapientie contra doctrinam de
ingenium autem moderante scribendo
et scribere debemus quadrare hic agi
demus quid deus docet animas spirituales i ꝯtio ꝯte plato c. q̄ fit ꝯdui. ur.
Docet et deus animas spirituales
in exercicio contemplationis Sic
aut alius est oculorum aspectus
aliud visio Nam secundum Augustinum
in libro de quantitate anime dicunt sic
ro et raciocinacio In tenebris ei
aspicimus ubi ad tuitum dirigimus
et tamen in tenebris non videmus ita
Aliud est oratio et alius contemplatio
docet autem nos in contemplatione et hoc
quadrupliciter
Mentis dilatatione / sublevatione / alienatione / [?] — Mentis dila
tatio est quando
acies mentis
latius expa
ditur et vehe
mentius acuitur et ad omnem eruditionem
capacior efficitur Unde in Genesi leva
oculos tuos et vide a loco in quo
nunc es ad aquilonem et meridiem
et occidentem omnem terram quam con
spicis tibi dabo Intra enim agi
litate in similitudine avis modo se ad
altiora attollit modo in inferiora di
mergit modo sinistrorsum modo
dextrorsum divertit modo se in medi
um suspendit et oculos palpita
tes immobiliter in radium figit sed lu
minis immensitas tenebras superdu
cit ymo dum oculi tenebra lu

fugit oculus qui tremit Ex vnione
si quidem aie cu corpe fit quedam ab
tusio in vi intellectiua sic ex obiec
tione corporis opaci rei luminose
generatur vmbra Et ex illa sempiter
na luce vitatur ad qua creata e
aia scintillat modicum lume nec
inter tenebras illas in quo luce cog
noscit aia contemplatiua quia lum
illud tenebras abiciat quanto am
plius inualescit Vn et dicit Am
monz Thimo : ut et se extrahat ad
videndum Et addite quia sit impossi
bile pene cuiuis aie seipam sup seipam
tota effundere et ascendendo sup
seipam ire hoc enim e eam cu dilecto
in cubiculum ingredi solamque cu solo
morari dulcedineque perfrui et ab
eo doceri quod vtique fiet si exteriora
oblitus in eius dilectione summe fueris
intime delectatus Et ex hijs que
in intimis considerans anim tuum in eius
affectum inflamas Ex qua considera
tione in gratiarum actionem assurgis
et cum in intimum tuum inducis hoc
e ex affectu intimo modo pro gratia tibi
data modo pro impetrata veniam
gratiam reddis Certe si eandem af
fectionis violentiam et delectationis
habundantiam non sentis cum in dei de
sideria inardescis et in eius amore
requiescis quam aliquando sensisti in ea
re quam plus vnquam dilexisti Et
tu e quod intimum affectionis tue si
nu nondum eidem expandisti · quia
terminus aculeus amoris pene
trat qua alienis affectionibus pe
netrare solebat Si tamen in intimis
tuis tanta erga deum violentia sen
seris quanta alias expertus fuis non
e satis quia quamdiu volumus possu
mus ex aliqua creata re consolacionem
aut iocunditatem habere non auderem
dicere dilectum nostrum ardentissimi amo
ris intimum sinu tenere quia quam
diu consolacionem alienam queris ut
recipies non cum singulariter diligis
nec quemdam ad intimum perducis nec
in optimo collocas Et si sic cum per
ducis ad intima tua poteris cum se
qui ad sublimia sua et sic imbu
eris eius doctrinam Ex quo colligitur

quod sublimitas diuinarum reuelacionum
inminum est diuine dilacionis indicium
Sicut scriptum est Iam non dicam vos
seruos sed amicos quia quecumque au
diui a patre meo nota feci vobis
Hec e illa doctrina de qua Exo · xxxv
dicitur Quod impleuit dominus Bezeleel
Spiritu sapientie et intelligentie et omni
doctrina ad operandum quod erat necessarium
in archa Nec hoc dico quod mentis
dilatacionem tamen per hoc possumus facere
quia non est eius humane industrie
metas transcendere Mentis suble
uatio in altum se erigit et a plano
per quod incedebat mentis dilatacio
sup humane industrie possibilitatem
cum moyse in montem ascendit ubi
et dominus descendit et ei terram permis
sionis ostendit Ascendit per mentis
eleuacionem et facultate naturali
Descendit deus per bonitatem sue di
gnacionis ostendit per intimam illumina
cionem Eleuatur aut sup omne quod
in eius actu est et facultate sine
qua exnam posset habere Vnde propheta
Quis dabit michi pennas sicut co
lumbe et uolabo et requiescam Su
pra enim nostram e pennas habere et proli
bitatur arbitrio in altum volare Tunc
enim pennata animalia esse incipi
mus cum per gratiam conditionis humane me
tas contemplatores uolatu transcen
dimus Ad huic modum pertinet doctri
na prophetie si tamen fiat sine mentis
alienatione Duplex namque enim humana
e videre de preteritis quod iam non est
videre de futuris quod nondum e vide
re de presentibus quod est · sed tamen sensibus
absens est Videre de aliena cordis
secreta quod sensui subiectum non est
videre de diuinis quod sup sensum e
Sine alienatione mentis dixi
quia sicut mentis dilatacio non at
tingit mentis subleuacionem sed ibi
sistit ubi illa incipit Ita mentis
subleuacio ibi sistit ubi incipit
alienatio prophete igitur in hac mentis
subleuacione didicerunt quod aliis
predixerunt Nam ex intentione affectus
in deum viuebant ei per amorem
Et sicut ad flammam intensam sequitur
lux serena Ita ad illum amorem :

irradiabatur et illuiabat eorum
intelligenciam et ab eorum intellecti
bus aufferebat velamen et igno
ranciam quo sublato videbantur
res clare ab intellectu prophetico
pās. Ut erudiret principes eius
sicut semetipsum et senes eius pruden
ciam doceret. Ephe. iiii°. Dedit qui
dem apostolos quosdam autem prophetas ali
os evangelistas alios pastores et
doctores. Et sequitur ut non circumfera
mur omni vento doctrine. Mentis
alienacio est quando preteritorum memoria
menti excidit et in peregrinum qui
dem statum supra humanam industri
am divine operacionis transfiguratione
transit qui modus ad devocionem in
cipiens et per admiracionem in quandam
mentis exultacionem perfectione et
consumacionem accipit. Et frequencius
addiscit intimus quam possit ex
primere exterius. Unde Augustinus libro de
cathezizandis rudibus ostendit causam quare
non possumus totum proferre quod sen
timus quia ut ipse dicit ille intellectus
quasi rapida chorusscatione perfun
dit animum. Illa autem locucio tarda et
longa est longeque dissimilis et dum
ista voluitur se iam ille in secrete
ta sua condidit tamen quia vestigia
quedam miro modo impressit me
morie perdurant illa cum sillabarum
morulis atque ex eisdem vestigiis
sonancia signa peragimus que lingwa
dicitur ut latina ut greca ut hebrea
vel cuiusque alterius gentis sive
signa. Sed ita efficiant in animo vel
volut in corpore. De hac doctrina eciam
vult. Erat docens eos sicut potestatem
habens quia nichil in hoc modo attri
buendum est humano ingenio sed to
tum muneri divino. Hic enim sponsa
ex toto innititur dilecto. Hic enim de
ducit eam in nube diei et tota no
cte illuminatione ignis. Hec enim acci
pit refrigerium nubem contra con
cupiscencias carnis et revela
cionis lucem contra ignoranciam mentis.
Sicut scriptum est: Expandit nubem
in protectionem eorum et ignem ut luceret
eis per noctem. Mentis unicio est
quando cum Moyse ascendit in caligi

ne et nebula et addiscit misti
cam theologiam. Ut enim trahitur ex
Dyonisio capitulo vii de divinis nominibus
mens nostra habet virtutem ad intelligendum
quam dicere possumus theoricam in
tellectum per quam mens aspicit in
telligibilia. Habet enim unionem
quam intelligimus summum affectionem
apicem sicut predictam summa intel
ligencie virtute. Hic ergo apice
dilectio dei ipse perficit per quam mens
deo iungitur. Et perhanc super nos me
tis divina cognoscit non secundum
proprietatem intelligencie nostre sed
statuendo nos supra nos ipsos et
unitos deo tota virtute. Melior est
quidem status quo nos esse dei propter
gre unitorum quam esse nostri vel nostros
per solam nostram condicionem. Hic enim cum
deo secrete loquitur sine verbis et
sillabis. Hic eruditur secrete misteriis.
Hec est mistica theologia cum deo secre
tissima locucio non per speciem vel
ymagines creaturarum ubi mens
creaturis omnibus transcendens et
eciam seipsam ociatur ab actibus
omnium virium apprehensivarum
cuiusque creature in desiderio viden
di et tenendi deum et puto sine
prejudicio quod ubi terminatur alienacio
ibi incipit ista unicio non quia
alienacio secum non habeat amoris
fervore et luce sed quia nondum
ascendit ad istam perfectam unionem
secundum amorem extaticum sine excessivum.
Per hunc modum paulus est edoctus
ut efficeretur postmodum doctor gencium.
i. ad Thimo. ii°. Veritatem dico in
Christo Ihesu et non mencior doctor gen
cium in fide et veritate. Secundum capitulum
in quo subdividit has
iiii°r species contemplacionis ut patet infra

Doctrina igitur contemplacionis
repetentibus nobis a principio
primitus occurrit mentis
dilatacio que tribus gradibus in nobis
solet excrescere
Arte
Exercitacione
Attencione
Quibus tribus passi
bus solet mens contemplari incipiens
et spiritualiter addiscens quantum pro planum
sue possibilitatis et facultatis.

incede. Sic enim in disciplinis vide
mus quod primo ars aliqua vel inventa in
vestigatione vel aliorum traditione
discitur. Deinde frequenti usu et ex
citatione roborat. Deinde studio
sa attentione et intentione fir
mat et format. Ex vehementia enim
attentionis et dilatat capacitas
mentis et acuitur ymaginitas pene
tracionis. Post mentis dilatationem
sequitur mentis sublevatio quod fit secundum
triplicem viam dum mens sublevatur
Supra sciam
vel supra industriam
vel supra naturam
Hoc est quando per
capit mens ex
divina revela
tione quod excedit modum nostre intelli
gentie industrie et nature hoc est quando
menti sublevate tale quid divi
nitus subcapitur ad quod non suffic
scia quam habet nec industria qua
habere potest nec modus qui in natura pos
tus est post mentis sublevationem
sequitur mentis alienatio que scilicet extre
sit triplici modo primo ex magna
devotione quando latens intrinsecus
ignis desiderii celestis exrescens
in flammam amoris erupit et animam
a statu pristino resolvens in cere si
militudinem liquefacit et attenuat
ut fumum sursum emittit. Secundo ex
magna admiratione quando divino lumine
irradiata et in summe pulcritudinis
admiratione suspensa tam vehemen
ti stupore concutitur ut a statu suo
funditus excuciatur et ex illa pul
critudine quam videt et admira
tur resilit et decidit et supram
despiciens ex puritate quam vidit
stati exilit supra se et sic reverbe
berata per desiderium supra se rapitur
ad contemplationem celestium et hoc in modum
fulguris chorustantis et vicissitu
dinis alternam. Tercio ex magna
exultatione interna suavitate potatur
potata inebriatur. Inebriata sui
oblivisci et oblita sui in quendam
supra mundanum officium affectum raptu
transformatur. Post mentis alienationem
sequitur mentis unio que postquam
raptim transformatur in alienatione
per exultationem quid restat inseparabilis
bilis unio per mentis unionem de

qua dyonisius in primo libro de mistica
theologia. Tu autem o amice tymothee
circa misticas visiones forti con
tricione et sensus derelinque et in
tellectuales operaciones et omnia sensi
bilia et intelligibilia et omnia non
existencia et existencia et sicut est pos
sibile ignote consurge ad eius uni
tionem qui est super omnem substanciam et
cognicionem. Et enim excessu tui et
omnium irretentibili et absoluto mun
de ad supersubstancialem divinarum tenebrarum
radium cuncta auferens et a cunctis
absolutus sursum agens. Disting
git beatus dyonisius triplicem gra
dum. Derelinque intellectus sensus et
sensibilia quo ad corporalia intellectu et
intelligibilia quo ad potencias anime et
earum existencia. Et ideo dicit inunde
Quia sicut ista sensibilia generant
maculam in affectu ita ymagi
nabilia intelligibilia et huiusmodi ge
nerant maculas in intellectu ne ad
pure veritatis intelligenciam ve
niamus. Tercius gradus est reli
quere existencia et non existencia. Existen
cia que a nobis prodierunt in esse per cre
acionem. Non existencia que a solo nobis
super eternali constituit et in ipso con
templabilia sunt. Hic per excessum
mentis transcunda sunt ut ad super
substanciales et super intellectuales et
divinas veniatur hec est sapiencia cha
norum. Et tamen tres gradus habemus
usque ad excessum mentis in remo
vendo in quorum aliquibus aut omnibus
contingit alienacio. Sequitur tres in
quibus ultimus consistit unicio. Primus
est super fervidus amor in deum ten
dens. Secundus est actualis omnium ig
norancia fervore illius amoris non
sustinens. Quia sicut radius
fervens absorbet aquam ita super
fervida illa dilectio absorbet omnem
scienciam circa creaturam. Tercius
est radius irradians et se uniens
hec est illa caligo inter transcensum
mentis super omnia actualis omnium igno
rancia super fervido amore vide
di deum absorbente omnes actus
virium apprehensivarum et inaccessi
bilitas divini luminis et in illa

gine mens vnit deo et post omnia
ablata ab eo laudat eum sine ser-
mone plativo et in hoc eum cogno-
scit quod eum cognoscibile iam non esse
intelligit propter inaccessibilitatem ex
parte divini luminis et ignorantiam
ex parte videntis Caligat enim o-
culus et propter excessum et propter defectum
sicut homo visu suo corporali elevans
super omnia visibilia corpora ab actuali
visione cum cessans et in sole visu
suo sine medio mitigante super excel-
lentia claritatis que est in sole per
invisibilitatem ex parte super excellen-
tie solaris luminis et privatorum at-
tualis visionis videret quoniam non
contingit videre solem qui est sic
visione hoc esset ei videre secundum
quod posset ibi esse videre Et quia
de hac materia satis determinat tam
Rycardus in libro de archa mistica
quam dyonisius in libro de mistica theologia
ideo ad presens supersedemus Et tertiam
partem principalem in tractatus
secundum de modo ut forma doctrine servama-
mus et per doctrine competentem paula-
tim progrediente a grossioribus et
rudioribus ad subtiliora procede-
tes ad quartam partem et ultimam
attendamus :

